id verbum scribendum erat, in quo retinere hae litterae nomen suum possent, singulae pro syllaba scribebantur, tamquam satis eam ipso nomine explerent, ut puta decimus, d per se deinde cimus, item cera, c simplex et ra, et bene, b et ne. ita et quotiens kanus et karus scribendum erat, quia singulis litteris primae syllabae notabantur, k prima ponebatur, quae suo nomine a continebat, quia, si c posuissent, cenus et cerus futurum erat, non canus et carus. ego autem contenderim magis supervacuam esse c quam k, quoniam k, ut apud Graecos, satis vim etiam c litterae exprimat, sed quosdam figura deceptos, qua non solum apud nos verum etiam apud antiquos Graecorum g littera notabatur, ut testatur foedus Graeciae † camelo aereo in hortis Caesaris in aede Fortis Fortunae incisum, ubi pro Γ haec forma posita est, item XII tabulae, ubi est NI PACVNT per hanc formam, quod male quidam per c enuntiant (est enim praeteritum eius pepigi a pango, ut *a* tango tetigi, non paxi, ut a dico dixi), credidisse nobis k deesse et hanc quidem k dixisse, ceterum pro ea nota adiecta a Spurio Carvilio novam formam G litterae positam. nam non fuerunt tam inperiti antiqui, *ut* k servarent, si aliam litteram idem sonantem habuissent. quis enim vel hebetis animi sonorum similitudinem sentire non possit? Q littera aeque retenta est propter notas, quod per se posita

19 Q littera *p. 18, 4. 27, 18*

3 dicimus d per se deim dicimus *P* dicimus d per se im dicimus *B* dicimus per d sedcim dcimus ω Decimus d per se im dicimus *Putschius*, decimus d per se inde cimus *Scioppius gramm. philos. p. 163 et Vossius Aristarch. I 17 p. 78*, decimus per d et cimus *Schneiderus gramm. lat. v. I p. 293* cera] cra ω 4 et bene b et ne *P* et bene et be et ne *B* et bne b et n ω kanus et karus] knus et krus ω 5 quia ω qua *BP* natabantur *B* ponabatur *P* 9 *fortasse* figura C deceptos 10 g littera *Schneiderus gramm. lat. v. I p. 294*, haec littera *Pω* haec .l. *B* foedus gretiae *B* fedus graeciae *P* 11 camelo aereo] *fortasse* columnae aeneae in aede] id'a *B* id est a *P* aedi ω 12 pro Γ haec] pro o. p. haec *BP*, *sed expuncta in B* o *littera*, pro porta haec ω posita sit *BPω* XII tabulae] *leg. XII tab. rel. ed. Schoell p. 118* ni pagunt *BPω*. ni pacunt *scribendum esse vidit E. I. A. Seyfertus gramm. lat. v. I p. 54* 13 male quidam *Pω* multae quidem *B* per c enuntiant est enim praepositum eius ω per c nunciantes (nunctiantes *P*) enim prepositum eius *BP* 14 a *ante* tango *om. BPω* ut dico *B* credidisse nobis p deesse et hanc quidem p dixisse *BP* credidi saepe nobis p deesse et hanc quidem p (quidem b *Putschius*) dixisse ω *et Putschius* 16 adiectam a Spurio Carrutio nove formam G litterae praepositam *Seyfertus l. c.* Carvilio] corrutio *corr.* carrutio *B* caruttio *P* Carutio ω: *correxit Schneiderus gramm. lat. v. I p. 270 coll. Plutarch. quaest. Rom. 54* nouam formam G litterae (s literae ω) praepositam *Pω* noue formam g litterae praepositam *B et Putschius* 17 ut *om. BP, add.* ω 18 vel *om. B, add. Pω* animi sonorum *B* animis animissorum *P* animi eorum ω 19 aeque retenta est *Pω* aeque quaerenda est *B* posita] possit a *P*

p. 2253. 54 P

significaret quaestorem, et quia cum illa u littera conspirat, quotiens consonantis loco ponitur, id est pro vau littera, ut quis et qualis. unde et Graeci coppa, quod pro hac ponebant, omiserunt, postquam usu quoque, quod auxilio eius litterae non indigebant, supervacuum visum est.

Sequitur ut demonstremus, quae littera aut praeponi possit aut subici. a igitur littera praeposita est u et e litteris, ae au, subiectiva vero u † verum u sequitur ut au et apud antiquos i littera pro ea scribebatur, | ut testantur μεταπλασμοί, in quibus est eius modi syllabarum diductio, ut 'pictai vestis' et 'aulai medio' pro pictae et aulae. sed magis in illis e novissima sonat, et propterea antiqui quoque Graecorum hanc syllabam per

7 i littera pro ea scribebatur *p. 24, 10*

1 significaret q quaestorem *B P ω* 2 pro vau littera] pro ua *ω* 3 coppa quod] copia quam *B P κάππα* quod *ω*, *ubi κόππα scribendum esse vidit Schneiderus gramm. lat. v. I p. 322* 4 quo auxilio eius literae non indigebant *ω* quod auxilii eius litterae non indigebat *P* quo auxilio eius litterae indigebat *B. fortasse* qui auxilio eius litterae non indigebat 5 quae littera] .q. littera *B* aut praeponi aut subiici possit *P* *De coniunctione vocalium quae in codicibus leguntur ita corrupta sunt, ut verba grammatici certa coniectura restitui nequeant. nam et quae de e vocali praecepta erant perierunt, et reliquarum vocalium ordo perturbatus est, neque quae de usu antiquorum grammaticus adnotaverat recte tradita sunt. quare paucis emendatis scripturam codicum retinui. ceterum aptus rerum ordo hoc fere modo restitui potest:* A igitur littera praepositiva est e et u litteris, ut ae au; subiectiva vero i et u, ut ia ua. et apud antiquos i littera sequitur, quoniam i pro e scribebatur, ut testantur μεταπλασμοί, in quibus est eius modi syllabarum diductio, ut 'pictai vestis' et 'aulai medio' pro pictae et aulae. sed magis in illis e novissima sonat, et propterea antiqui quoque Graecorum hanc syllabam per AE scripsisse traduntur. e littera praeiectiva est i et u litteris, ut ei eu, subiectiva vero omnibus vocalibus, ut ae ie oe ue. i littera cum omnibus vocalibus praeiciatur, nulli subicitur nisi u litterae, ut vidi vir, nisi secundum antiquos eius modi syllabae, loi et moi, per oi scribebantur, non per oe. o praeiectiva est e litterae, ut oe, et secundum antiquos in eadem syllaba scribebatur i. u littera omnibus vocalibus et praeiectiva et subiectiva consentit, ut va ve vi vo, in quibus syllabis non vocalis, sed consonantis vicem praestat: est enim posita pro digamma, quod quidam Graecorum etiam vau appellant: et rursus au eu iu ou. 6 a *ante* igitur *om. Pω, add. B et Putschius* u et e littere ae et au subiectiva uero uerum .v. sequi ut .u. au. ut aput antiquos uero i littera pro ae scribebatur *P* ua et e, literis e ut u subiectiua uero u: ut au. Apud antiquos uero i litera pro e scribebatur *ω*. *corruptam codicis B scripturam supra exhibui.* 8 ΜΕΤΑΠΛΑCΜΟΥ *B* metaaΠΛΑCΜΟΙ *P. in metaplasmis duos Vergilii versus qui sequuntur posuerunt Diomedes p. 440, 10 et p. 442, 11 et Verrio Flacco auctore usus Pompeius p. 297, 28: cf. Vel. Long. p. 2222 Priscian. l. I p. 37, 15* deductio *B Pω* 9 pictai] *Verg. Aen. VIIII 26* aulai medio *P* aulai in medio *B ω et Velius Longus: Verg. Aen. III 354* 10 propterea *Pω* praeterea *B* per ae scripsisse *B et Putschius*, per ea scripsisse *P* per *αι* scripsisse *ω*. *in* ae *diphthongo pro* a *scribendo Latinos Aeolum morem imitatos esse docet Priscianus l. c. p. 38, 4,* ponitur pro e longa, ut scaena pro *σκηνή*, et pro a, ut Aesculapius pro *Ἀσκληπιός*, in quo Aeolis sequimur: illi enim *νύμφαις* pro *νύμφας* et *φαῖσιν* pro *φασίν* dicunt, *ubi νυμφαες et φαεσιν pro νύμφαις et φαῖσιν in bonis codicibus legitur. de* oe *diphthongo idem tradit p. 40, 4* nec

p. 2254 P.

ae scripsisse traduntur. o praeiectiva est e litterae, ut oe, et secundum antiquos eadem syllaba i. u littera omnibus vocalibus et praeiectiva et subiecta consentit, ut va ve vi vo et rursus au eu iu ou, in quibus syllabis non vocalis sed consonantis vicem praestat. est enim posita pro digamma, quod quidam Graecorum etiam VAV appellant. i littera cum omnibus vocalibus praeiciatur, nulli subicitur nisi u litterae, ut vidi vir, nisi secundum antiquos eius modi syllabae loi et moi per oi scribebantur, non per oe [u littera cuicumque vocali praeici, sed tamquam consonans potest nec minus subici].

Ex consonantibus b praeicitur [in] litteris d l n r, ut bde ble bne bre, alii nulli. c praecedens in consortium syllabae assumit litteras l m n r t, ut cle cme cne cre cte, aliarum consortium respuit. d praeicitur l n r, ut dle dne dre, aliis minime. f praeiecta conspirat cum l n r, ut fle fne fre. g praeicitur l m n r, ut gle gme gne gre, et litterae digamma u sequente *vocali*, ut gue, *id est* g.Fe. h nulli consonantium praeicitur; vocalibus vero modo utroque consentit, *praeiecta*, ut heri hodie humus hilum hamus, item subiecta, ut ah eh ih oh uh: consonantibus tribus subicitur c p t, ut che phe the. k omnibus litteris quibus c et praeici et subiungi potest. l nulli consonantium praeicitur, sed subiectivam tantum modo habet potestatem; subiungitur autem f litterae, ut fla-

2 v littera *p. 12, 15*

mirum, cum pro ω quoque habemus o et pro i e in diphthongo accipimus. hoc tamen quoque ad imitationem Boeotorum solemus facere. *exempla αε diphthongi ex antiquis Boeotorum inscriptionibus adnotavit Ahrensius de dialect. Aeol. p. 198 et post hunc alii*

1 ut oe *Putschius*, ut d *BPω* 2 eadem syllaba i *Pω* eadem i *B et Putschius* 3 ve] uae *B* au eu iu ou ω au eu iu uo *P* eu au iu ouo *B* 4 consonantis vicem praestat] consonantia it prestat *B* consonanti Item prestai *P* consonans est u *lacuna post* u *relicta* ω 5 quidam Graecorum etiam vau appellant] *Varronis testimonium adscripserunt Priscianus l. I p. 15, 2,* unde a plerisque ei nomen hoc datur, quod apud Aeoles habuit olim F digamma, id est vau ab ipsius voce profectum teste Varrone et Didymo, qui id ei nomen esse ostendunt, *et Cornutus apud Cassiod. p. 2282*, hanc litteram Terentius Varro dum vult demonstrare ita perscribit, vau i littera] k hi littera *B* 6 praeiiciatur ω praeiacitur *B* praeiicitur *P* 7 loy et moy *B* scribebantur *P* scribantur *Bω* 8 praeiici ω pcipi *B* preicipi *P* 10 b *om. BP, add.* ω litteris d l n r bde blo bne bre (dre *P*) alii nulli *Pω* litteris d r l m. B. D. E. blo bne bre alii nulli *B* 11 c praecedens *in marg. add. B* in consortium sillabae assumptae (adsumptae *P*) l m n r t *BP* init consortium syllabae adsumptae, id est, m n r t ω 12 cne] kne *B* 13 ut dle] ut $\overline{\text{LE}}$ *B* dle (*omisso* ut) *Pω* 14 gme] gne *B* digamma (digammae *B*) insequente ut gue gte *BPω* 16 praeiecta *om. BPω* 17 item subiectat hat het hit hot hut *Pω* item subiecit hat haec hit hot hut *B* 18 ut che phe the omnibus *BPω* et *ante* praeici *om.* ω 19 subiectiuam ω subiectam *B* subiectum *P* 20 ut flatus *Pω* ut flauis *B*

p. 2254. 55 P.

tus, et p, ut placidus, et b, ut blandus, et g, ut glaucus, et t, ut tlo. m *uni* tantum consonanti praeiecta conspirat n, ut Mnestheus. n nulli consonantium praeiectiva est, sed subiectivam tantum habet potestatem. p praeicitur consonantibus l n r s t, *ut* ple pne pre pse pte. q neque subicitur cuiquam consonantium excepta s, ut squilla, neque praeponitur excepta u, ita tamen, si ab illa vocalis tertio loco fuerit, ut que quis. r nulli consonantium praeicitur, sed subiectivam habet potestatem. | s omnibus consonantibus praeicitur exceptis h et x, quibus nihil praeici potest. t praeicitur litteris l m n r, ut tle tme tne tre. et quatenus huic parti satisfactum est, hinc iam quaestiones quae in rationem scribendi cadunt secundum praepositae divisionis ordinem explicare temptabimus.

Primum igitur per adiectionem illa videntur esse vitiosa, quod Accius geminatis vocalibus scribi natura longas syllabas voluit, cum alioqui adiecto vel sublato apice longitudinis et brevitatis nota posset ostendi. nam singulares vocales et produci et corripi possunt. unde etiam Lucilius in nono saturarum de orthographia praecipiens ait

a primum est: hinc incipiam, et quae nomina ab hoc sunt:

deinde

† a primum longa brevis syllaba. nos tamen unum
hoc faciemus et uno eodemque ut dicimus pacto
scribemus pacem placide Ianum aridum acetum,
Ἄρες Ἄρες Graeci ut faciunt.

itemque quod Lucilius, ubi i exile est, per se iubet scribi, at ubi plenum est, praeponendum esse e credit his versibus,

---

4 Q neque subicitur *p. 15, 19. 27, 18*

---

1 ut glaucus *Pω* ut glocus *B* tlo] *fortasse* Tlepolemus: *cf. Terent. Maur. v. 866 Serg. de litt. p. 477, 12 Priscian. l. I p. 42, 16* 2 uni *om. BPω* mnester *BPω* n] m *B* nulli *ω* nullius *BP* 3 praeiectiua *Pω* praeiecta *B* subiectiuam *ω* subiectam *B* subiecta *P* 4 ut *om. BPω* q ne subicitur *B* 5 scilla *P* 6 excepta u ita tamen *B et Putschius,* excepta.v. auita tamen *P* excepta a u tamen *ω* ab illo *BPω* que] quae *BPω* 7 subiectiuam *Pω* subiectam *B* s *om. P, add. Bω* 8 et x] et ex *P* 9 quatenus] eatenus *ω* 11 ppositae *B* propositae *Pω* 12 ulla *corr.* illa *B* 13 longas *Pω* longa *B* 15 in nono satu.rarū *una littera, ut videtur, post* tu *deleta et* rū *ras. in lacuna sex fere litterarum B,* in uim satyrarum *P* in IX satyrarum *ω* 19 a primum longa et brevi' syllaba *Dousa Lucil. sat. rel. p. 43,* aa geminum longa: a breuis syllaba *coniecit Ribbeckius mus. Rhen. v. XXIX (a. 1874) p. 131.* primum *e superiore versu repetitum esse viderat L. Muellerus Lucil. sat. rel. p. 43* 20 eodemque *B* eodem quod *P* eodem *ω* diximus *Dousa* 22 Ἄρες Ἄρες *Dousa,* arpe.cape e *B* apec ape E *Pω* 23 itemque quod *B* item quod *Pω* 24 praeponendum esse E credit *Putschius,* praeponendum esse ei credit *Pω* praeponendum esse credit *B*

p. 2255. 56 P.

'mille hominum', 'duo meilia': item hisce utroque opus, 'meiles, meilitiam'. tenues i, 'pilam', qua ludimus: 'pilum', quo pisunt, tenues; si plura haec feceris, pila: quae iacimus, addes e, peila, ut plenius fiat.

quam inconstantiam Varro arguens in eundem errorem diversa via delabitur, dicens in plurali quidem numero debere litterae i *e* praeponi, in singulari vero minime, cum alioqui i non aliud in singulari quam *in plurali, neque aliud in media* quam in extrema syllaba sonet, ut in verbis manifestum est. dicimus enim 'mitto misi misimus', nisi aliam hic vult esse rationem [quod absurdum est], ut, cum verba quoque ex syllabis constent, ex diversa | regula corrigantur.

Similiter peccant et qui nux et trux et ferox in novissimam litteram *s* dirigunt, cum alioqui duplex sufficiat, quae in se et s habet. item qui reprehensus cum aspiratione scribunt, cum eam prima positio non habeat, et similiter vehemens, cum a vi mentis dicatur. quam quidam putant

7 in plurali quidem numero *p. 32, 21*

1 mille hominum duo milia $P\omega$ mille hominum. II. *B* meile hominum duo meilia *Dousa Lucil. sat. rel. p. 44 'ex restitutione Scaligeri'*, meille hominum duo meillia *Lachmannus Lucil. satur. p. 36. retinui* mille: *nam hoc voluisse videtur Lucilius*, mille *geminata* l *littera per* i, *contra* meilia meiles meilitiam *per* ei *scribenda esse* hisce] huce $BP\omega$ huic *Scaliger*, heice *L. Muellerus Lucil. sat. rel. p. 46* 2 meiles meilitiam *Scaliger*, mille militiam $B\omega$ mille miliciam *P* 3 tenues i pilam qua ludimu' *Scaliger*, tenues i (tenue si ω) pilam in qua lusimus $BP\omega$, tenuest i pilai qua ludimus *Muellerus* pilum quo ipso (ipse *B*) tenues si plura haec feceris pila $BP\omega$ pilum quo pinso tenues i: plura haec feceri' peila *Scaliger*, pilam, qua pisunt, tenues: si plura haec feceri' pila *Muellerus ex Velio Longo p. 2221* pilam qua pisunt per i 5 addes e peila, ut pleniu' fiat *Scaliger*, adē pella ut plenus fiat *B* adde se (addere ω) pella ut plenius fiat $P\omega$ 6 dilabitur *B* 7 litterae i praeponi $P\omega$ litterę praeponi *B*, i litterae e praeponi *Wilmannsius de Varr. libr. gramm. p. 175 ex coniectura Useneri* 8 cum alioqui non aliunde in singulari quam in extrema syllaba sonat ut *B* cum alioqui et in singulari non aliunde quam in extrema syllaba sonat ut $P\omega$ cum alioqui et non aliud in singulari quam in plurali extrema syllaba sonet et * ut *Wilmannsius* 10 mitto misi misimus *Wilmannsius*, mitto emisimus $BP\omega$ aliam *om.* $P\omega$, *add. B* 11 quod est absurdum $P\omega$, *seclusit Wilmannsius* ut cum] uitium *P* 12 constent $P\omega$ constant *B* ex diversa] et diuersa $BP\omega$, at diuersa *Wilmannsius* 13 nucs et trucs et ferocs ω 14 s *om.* $BP\omega$ alioqui duplex sufficiat $P\omega$ aliqui duple sufficia *B* in se c et s habet ω 15 reprehensus *Velius Longus p. 2234*, prehensus $BP\omega$ positio] persona $BP\omega$: *cf. Vel. Long. p. 2229* reprendit secundum primam positionem: prendo enim dicimus, non prehendo 16 ueemens *B* quam quidam putant adiiciendam, quoniam hoc non aliud putant esse quam altius vehi, cum hoc verbum sine dubitatione aspiretur *Schneiderus gramm. lat. v. I p. 188*, quam quidam putant adiciendam, quoniam id non aliud putant esse

p. 2256 P.

adiciendam † quoniam i non aliud putant esse quam alterius ferri cum hoc verbo sine dubitatione aspiretur. negat Varro etiam Gracco aspirandum, quoniam a gerendo sit cognominatus: matrem enim eius qui primus Graccus sit dictus duodecim mensibus utero eum gessisse. et pulcrum, quamvis in consuetudine aspiretur, nihilo minus tamen ratio exiliter et enuntiandum et scribendum esse persuadet, ne una omnino dictio adversus latini sermonis naturam media aspiretur. quamvis Santra a Graecis putet esse translatum, quasi polichrum.

In mensoribus litteram n, quamvis recuset ratio, quia metior sine illa dicatur, vindicat tamen consuetudo, quod vox plenius sonet. in coniugis tamen nominativo utramque partem ratio defendit. nam [et] sive detrahendum *n* novissimae parti putaverimus, auxilio erit, quod genetivo non coniungis sed coniugis dicimus; sive adiciendum, quod a verbo quod est iungo hoc nomen declinatum sit. sed melius tamen videtur sine n littera dicere et scribere. verum sine dubio peccant qui paulum et paululum per unum l scribunt, cum alioqui prima positio eius duplici hac littera enuntietur, ut pullum et pusillum.

---

quam altius mentem uehi, id est ferri, cum huic uerbo sine dubitatione adspiretur *Wilmannsius de Varr. libr. gramm. p. 183. malim* quamquam quidam putant adiciendam, quoniam non aliud putant esse quam altius evehens (*vel* ulterius vehens), cum huic verbo sine dubitatione adspiretur

1 addiciendam *P* quoniam .i. non *B* quoniam hii non *P* quoniam h non *ω* putent *ω* alterius ferri cum *B* alterius fieri cum *Pω* 2 greco ac *B* gracho *P* Grachus *ω* 3 eius] ēī *B* graccus *B* gracchus *P* Grachus *ω* 4 duodecim mensibus utero gessisset *B* duodecim menses uterum gessisse *Pω*, duodecim menses utero eum gessisse *Ritschelius quaest. Varron. p. 28 coll. Charis. p. 82, 8* quod mater eius duodecim mensibus utero eum gestaverit 4 et pulchrum *BPω*. pulchrum Varro adspirari debere negat, ne duabus consonantibus media intercedat adspiratio, quod minime rectum antiquis videbatur *Charisius p. 73, 17* 5 in consuetudinē *BPω* nihilhominus *B* nichilominus *P* ex hi (ex i *P*) littere tenuntiandum *BP* exiliter c enuntiandum *ω* exili littera c enuntiandum *Wilmannsius de Varr. libr. gramm. p. 184* 7 natura media *B* naturam mediam *Pω* naturam in media *Putschius* quamuis Santra *Putschius*, quamui santra *B* quamuis antea *Pω* 8 polichrum in messoribus tamen quamuis liti recuset ratio *B* polichrunim mensoribus tamen quamuis literae cuset ratio *P* πολύχρουν (in *add. Putschius*). Mensoribus tamen quamuis literae accuset (liti recuset *Putschius*) ratio *ω et Putschius* 9 metior *Schneiderus gramm. lat. I p. 457*, metiar *BPω* 10 tamen eam consuetudo *Pω* in coniugiis *B* 12 n *om. BPω* genetiuum non coniungis .... (s *ras. in lacuna quinque fere litterarum*) sed *B* genetiuo non coniungi sed *P* 13 sive adiciendum *om. P, add. Bω* 14 n littera] n. l. *B* 15 paulum et paululum *ω* paullum (*deleta priore* l) et paulinum *B* paullum et paullinum *P* 16 hac littera enuntietur *Bω* hee littere nuncietur *P* 17 ut pollum et pusillum *P* ut polum (*corr.* pollum *b*) et psillum *B* ut pollum et pisillum *ω* ut pollum et pollulum *Putschius*. pullum *ex Velio Longo p. 2238* rursus quia pullum per duo l scribimus, observaverunt quidam ut paullum repetito eodem elemento scriberent *recepi*. pollum *et* pollulum *defendit Schneiderus gramm. lat. v. I p. 412*

p. 2256. 57 P.

Interdum et p littera supervacuo adicitur, ut cum scribimus sumptus et demptus et emptus, cum alioqui ceteris declinationibus verborum non adsit. sumo enim et demo et emo *dicimus, et* detracta verbis *littera* supervacua quare participationibus adiciatur ratio non est. nam ruptum cum ea dici mirum non est, cum verba quoque non sine ea sint, ut rumpo et rupi et reliqua. similiter hiems carere p littera debet, quia in ceteris casibus nusquam p nec b propinqua eius respondet, sine | quarum altera nusquam in latinis ea nomina declinantur, quae in ψ graeca voce efferuntur, ut princeps et caelebs, quia principis et caelibis scribitur.

Non mediocriter peccant etiam qui formoso n litteram assumunt. non magis enim haec littera huic nomini necessaria est quam glorioso, quod a gloria venit: ita ut gloriosus a gloria, formosus a forma. nec minus falluntur qui Mezentium per duo z scribunt ignorantes duplicem litteram non debere geminari, quamquam quidam colligant duplicem non esse. causam item a multis scio per duo s scribi non attendentibus hanc litteram, ut etiam cognatam illius r, nisi praecedente vocali correpta non solere geminari, et praeterea, quotiens productam vocalem [u] sequatur, in hac solere desinere syllabae sonum, ut in plausu et lusu. ita cum in hac utique littera eius modi syllabarum finiri sonus debeat, numquam autem a gemina ulla syllaba incipiat, apparet causam geminatum s non recipere, quoniam neque in fine praecedentis syllabae alterum potest poni neque a gemino

6 hiems *p. 27, 11* 9 princeps *p. 14, 7*

1 et p litera *Putschius*, et p l *B* et p et l *P* et p et b *ω* sumptus et demptus emptus, *sed* e *in v.* emptus *ras. P*, sumptus demptus comptus *B* sumptus et demptus comptus *ω* 2 caeteris *ω* ceterum *B P* 3 dicimus et *om. B P ω* detracta uerbis (uerb' *B*) superuacua *B P* detracta p ut superuacua *ω* 4 addiciatur *P* nam ruptum enim cum ea *P* nam ruptum m cum ea *ω* 5 non mirum est *P ω* ut rumpo] et rumpo *B P ω* 6 hiemps *B. eandem sententiam Caesellio tribuit Papirianus apud Cassiod. p. 2292* carere *ω* parere *B P* p litteram *B* quia in casibus *ω* quia in uersibus *B P*, *sed* si *ras. B. fortasse* quia in omnibus casibus: *cf. Cassiod. l. c.* 7 respondit *P* 8 *fortasse* a Latinis in y grecam uocem *B* in graecam uocem *P ω* 9 celebs *P* celeps *B* coelebs *ω* celibis *B P* coelibis *ω* 10 assumant *P ω* 12 *fortasse* itaque ut gloriosus a gloria, sic formosus a forma et formosus *ω* 13 Mettentium non per duo t scribunt *P* 14 duplicem esse *B* (non *superscr. b*) 15 a *om. B P ω* per duo ss scribi ut non attendentibus *ω* per duo u scribi non attendentibus *P* per duo ii scribi ut non adtendentibus *B* 16 nisi correpta uocali praecedentibus (praecedente *ω*) non *P ω* 17 praeterea] propterea *ω* uocalem u sequatur *B ω* uocalem u sequitur *P. scribi poterat* u vel au. *sed rectius delebitur* u, *ut hanc quoque regulam generaliter extulerit grammaticus. productam autem vocalem dixit et simplicem et diphthongum: cf. Vel. Long. p. 2238* in hac] in id *B P ω* 18 sonum] so | sono (so *in fine versus*) *B* ut in plausu et lusu et plausu *ω P* ita enī in hac utique (utique *ras. b*) littera *B* ita cum hac p utique littera *P ω* aparet *B* (p *superscr. b*) 21 praecedentibus syllabae *P*

p. 2257. 58 P.

sequens incipere. sed illud secuti videntur, quod cavissa dicta sit a cavillationibus vel a cavendo, deinde per *συγκοπήν* caussa. ita et in hoc propter *συγκοπήν* geminandum s putaverunt, ut originatio appareret.

Deinde per detractionem hoc modo scribendi ratio corrupta est, quibusdam uno i scribentibus genetivum eorum nominum quae ius nominativo singulari finiuntur, ut Antonius Antoni, Tremelius Tremeli, exigente regula ut in horum genetivis i littera geminetur, quoniam genetivus singularis non debet minorem numerum habere syllabarum quam nominativus, quin immo interdum etiam maior fit. propter quam causam ego etiam vocativos horum per duo i, non, ut consuetudo usurpavit, per unum putem esse scribendos, quia non debeat aeque vocativus minorem numerum syllabarum habere quam nominativus. ita o Antonii et o Aemilii in singulari vocativo et dicendum | et scribendum esse contenderim. item cum exul et expectatus sine s littera scribuntur, cum alioqui adiecta ea debeant scribi, quoniam similiter solum spectatusque dicatur et adiecta praepositione salvum esse illis initium debeat.

Detrahitur a quibusdam eis nominibus quae ab y littera incipiunt h contendentibus neque litteram eam esse et posse vel non adiecta illa aspirationem in y littera secundum haec nomina intellegi, quoniam

14 exul *p. 28, 15*

1 illud *om. B, add. Pω* quod causa dicta sit *Bω* quod causa adiecta sit *P* 2 per CYNKOTTHN *B* causa *BPω* ita et initiam CYNKOTTHN geminandum putauerunt *B* ita et initia CYNKTTHN geminandum s putauerunt *P* ita et initia *συνκοπὴν* geminandum ss putauerunt *ω*, ita et in id iam *συγκοπὴν* geminandam putauerunt *Putschius*, ita enim propter *συγκοπὴν* geminandam s putaverunt *Schneiderus gramm. lat. v. I p. 432* | 4 *fortasse* a quibusdam 5 ius nominatiuo *P* ius naminatiuo *B* ius genitiuo *ω* 6 Antoni] Anto *B* 7 genetivis] genitiuus *B* 8 debet *B* (a *superscr. b*), debeat *Pω* numerum habere sillabarum quam *B* (habere *superscr. b*), numerum syllabarum habere quam *Pω* 9 qui immo *B* quiniimo *P* maior fit *Putschius et ut videtur B*, maior sit *Pω* 10 per duo ii *BPω* putem esse scribendum *ω* putemus esse scribendo *P* putemus esse scribendum *B. eandem doctrinam Varroni tribuit Charisius p. 78, 4 de genetivo duplici i finito praecipiens*, idque Varro tradens adicit vocativum quoque singularem talium nominum per duplex i scribi debere, sed propter differentiam casuum corrumpi 12 habere *om. B, superscr. b* et o milii *B* et o Aemilii *Pω* o Aemilii *Putschius. an* et o Tremelii? *Aemilii nomen, quo usus est Beda de metr. p. 2373, apud Charisium l. c. restituit Dousa* 13 et scribendum] ē scribendum *B* 14 sine .s. littera *B* scribantur *P* 15 spectatusque *Pω* spectamusque *B* 17 a quibusdam] a quisdam *P*: *cf. Cornut Cassiod. p. 2286 Vel. Long. p. 2238.* h *litteram esse negaverat Varro teste Prisciano l. I p. 13, 8 et explan. in Don. p. 520, 18 sqq.* eis *P* eius, *sed deleta* u *littera B, om. ω* y] i *P* 19 aspiratione *BPω. fortasse* aspirationem y litterae

p. 2258 P.

nusquam y littera praecedens exiliter enuntietur, ut hypnos hymnos hyacinthos: ita satis per se positam aspirationem sui declarare, nisi opicus legat. quibus primum illud respondemus, H et esse litteram et apud Graecos quoque fuisse, quod significant Attici, qui principibus litteris, a quibus eorum nomina incipiunt, numeros notantes hac quoque in eadem significatione utuntur. nam quotiens unum notant, *ἰῶτα* litteram ponunt, quoniam apud illos pro *μία* et *ἴα* dicitur, ΔΥΟ Δ, ΤΡΙΑ Τ: sic et ΗΕΚΑΤΟΝ, id est centum, Η littera notant. deinde quod in ordine litterarum nulla nota sibi locum vindicet, cum h octavo loco posita sit. sequitur quod more reliquarum litterarum h quoque mutato ordine alias atque alias efficiat potestates, quod notae non valent. et sicuti as et sa aliam vocem et aliam efficiunt potestatem et ad et da, ita et ha et ah. praeterea quod litteris principibus dictionum singula nomina aut verba conprehendimus, ut cum scribimus RP et rem publicam *significamus*, ita et H per se, cum hac lege et hac die significamus et horam tertiam heredesve. extremo quod proprium est litterarum [quod] propinquitate sociari et invicem succedere, ut cum Fusios Furios dicimus et seddam sellam: ita cum h eiusdem sit facultatis, nimirum haec quoque littera est, quod cum f invicem [ita] mutatur, ut quam nos fabam dicimus antiqui habam dixerunt et quod *nos* hordeum dicimus

16 Fusios, seddam *p. 13, 13* 19 fabam *p. 11, 4. 13, 8*

1 nusquam y litera praecedens exiliter enuntietur *ω* nusquam littera praecedens ex i littera enuncietur *B* nusquam i littera praecedens ex ii littera nuntietur *P* hyacinthos *P* hiacinctos *B* hyacinthus *ω* 2 posita aspirationem sui declararet *BPω* 4 principes litterarum a quibus earum nomina *BPω*. *cf. Priscian. de fig. num. p. 406, 7* una per I scribitur antiquo more Atticorum, qui solebant principalem nominis numeri litteram ponere et significare numerum 5 numeros *B* numeris *Pω* utantur *BPω* 6 notant Ψ μο & a litteram ponunt quoniam apud illos ma (*corr.* mia) . o . . . | et (et *om. B, in initio versus add. b, sed deleto, ut videtur, in fine praecedentis versus* et) a. dicitur. dyo *ΔΔ*. tria *T*. sic et *H*. ekaton id est centum h litteram notant *B* notant Mo et a litteram ponunt quoniam apud illos moeta dicitur *δνο δ* tria *Γ* sic et H ekaton id est centum h littera notant *P* notant *μῖ* et *α* literam ponunt: quoniam apud illus *μῖ* et *α* dicitur, *δύο δ* tria t, sic et *ἑκατὸν*, id est, centum h litera notant *ω*: *cf. Priscian. l. c.* 8 nota locum sibi uindicet *ω* 9 h *post* cum *om. B, add. Pω* sequitur morem reliquarum literarum, quae mutato ordine alias atque alias efficiant potestates *Putschius* 10 litterarum quae mutato *BP* litterarum * quae mutato *et in marg.* 'deerat verbum' *ω* efficiant *BPω* 11 et sicuti as et sa aliam uocem *Pω* et secuti as et ra aliam autem uocem *B* efficiant *Bω* efficiat *P* 12 ita et ha et ah *P* ita et ha ah *B* ita ha et ah *ω* litteris] liti *P* 13 et remp. ita et h per se cum hac lege *Pω* et rem po. ita et h secd'm hac lege *B* 16 ut cum] Et cum *B* fuscos furios *BPω* Fuscos Furvos *Putschius* 18 haec quoque litera *ω* haec quoque int littera *B* haec quodque littera *P* cum h inuicem ita mutatur ut quam nos *P* cum h in inuicem (in *superscr. b*) ita mutatur ut cum nos *B*, cum h inuicem ita mutatur f ut quam nos *et deinde* dixerint — nominaverint *ω* 19 quod hordeum dicimus *B* quod hordeum appellamus *Pω*

p. 2258. 59 P.

illi fordeum nominaverunt. apparet itaque adiciendam esse nec sine scripto intellegendam, quotiens in latinis nominibus vis illius | exegerit.

Quaesitum est, extrinsecus et intrinsecus utrum *cum n* littera an sine ea scribendum esset. et quidam sine illa putaverunt, quoniam extra diceretur et a in compositione in i interdum mutaretur, ut facere efficere: ita quod est compositum ex adverbiis extra et secus, *extrisecus*. quidam cum *n*, quoniam extraneus diceretur, intrisecus vero sine *n*, ne bis posita eadem littera duriorem sonum faceret.

Sequitur mutatio, in qua multa quaeruntur. et primum quidem illud, de quo diximus, utrum per ai an per ae genetivo et dativo singulari et nominativo et vocativo plurali eius modi nomina scribenda sint, Senecae et Catilinae et Perpennae, quorum quoniam iam reddita est ratio, ad reliqua veniamus. in vocalibus ergo quaeritur, maximus an maxumus, id est per u an per i, debeat scribi: item optimus et optumus et artibus et artubus et manibus et manubus. et qui haec nomina scribenda per u litteram putant, illam rationem secuntur, quoniam nominativo et prima positione [quorundam] per eandem litteram artus et manus et magnus et bonus dicantur, ignorantes cognationem inter se litterarum, de qua praediximus. nam et castus castis facit et Iulianus Iulianis et restitutus restitutis [u in i transit] et fluctus fluctibus et anus anibus. adde quod maximus corruptum sit ex magnissimo. nam secundum analogiam magnus superlativo magnissimus facit: inde corrupte maximus figuratum. item

10 per ai an per ae *p. 16, 7*

1 addiciendam *P* 2 exegerit *Pω* exigerit *B*. *an* exigitur? 3 Quaesitum *Pbω*, Quęsitum *una littera deleta B* utrum littera *B* utrum licet *P* utrum h litera *ω* utrum A litera *Putschius* 5 et *post* diceretur *om. P, add. Bω* efficere] et dicere *B* et deficere *Pω* 6 quod est positum ex aduerbio extra et secus quidam (quidem *P*) cum quoniam *BP* quod est positum ex aduerbio extra et secus, eo quidem quoniam *ω* 7 intrinsecus uero sine eadem littera (eadem licet *P*) ne bis posita duriorem *BPω* 9 illud] illum *P* 10 de quo diximus] *p. 16, 7* 11 senece et catiline et perpenne *B* senecae et catilinae et perpernae *P* 12 iam *om. B, add. Pbω* 13 ueniamus *Bω* ueniemus *P* maximus an maximus *B*. *Varronem de ea scriptura quaesivisse tradit Cornutus apud Cassiod. p. 2284* 14 optimus an optumus et artibus an artubus et manubus et manibus *ω* artibus et artubus *Pb* artibus et arcubus *B* 15 manibus] manibus *B* scribendo per u litteram *B* scribenda per u licet *P* 17 quorumdā *B* corundam *ω*. *fortasse* eorum nominum artus et manus et magnus et bonus *Putschius*, artus et magnus et malus et bonus *BPω* 18 de qua praediximus] *p. 13, 6* 19 restitutus] restitus *B* 20 et fluctus] ut fluctus *B* et anus et anibus *P* adiice quod maximus *ω* adice quod maxumus *P* adite maximus *B* 21 corrumptum, *sed deleta priore* m *littera B* ex] et *B* analogi . an *P* 22 superlatiue magnissimus *B* superlatiue magnissimum *P* superlatiuum magnissimum *ω* correpte maximum *BPω*

p. 2259. 60 P.

optimus ab optione dicitur, quare optimus. artibus autem et artubus quidam variaverunt, et per i quidem dativo et ablativo plurali scribi putaverunt, quotiens ab arte dicerent, ut sit ars artis artibus, artubus autem per u, quotiens ab eo quod essent artus. unde apud Lucretium legunt

hinc nova proles
artubus infirmis teneras lasciva per herbas
l. l. n. m. p. n.

quodsi distinctionis causa ratio corrumpitur, in eo quod est 'caveas' quare non aut accentum aut litteram mutamus, cum et verbum et nomen significet, et in hoc 'tectis', | cum et nomen et participium sit, et in similibus? ergo vox scribenda, quo modo et sonat. nemo autem umquam tam insulse per u artubus dixerit.

Y litteram supervacuam latino sermoni putaverunt, quoniam pro illa u cederet. sed cum quaedam in nostrum sermonem graeca nomina admissa sint, in quibus evidenter sonus huius litterae exprimitur, ut hyperbaton et hymnus et hyacinthus et similia, in eisdem hac littera necessario utimur.

Quaesitum est et de mutatione novissimae litterae praepositionum, quotiens in compositionem venirent, quam quidam imperite semper custodiunt [ut] adripit dicentes et conripit et conludit. quotiens ergo a liquida littera sequens coeperit verbum cui [liquidae] praepositae fuerint (liquidae autem

---

